

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. ÜbersetzungMedea:

Fugimus, Iason, fugimus: hoc non est novum,  
 mutare sedes; causa fugiendi nova est:  
 pro te solebam fugere. discedo, exeo:  
 5     penatibus profugere quam cogis tuis,  
 ad quos remittis? Phasin et Colchos petam  
 patriumque regnum quaeque fraternus cruor  
 perfudit arva? quas peti terras iubes?  
 quae maria monstras? Pontici fauces freti,  
 per quas revexi nobilem regum manum  
 10     adulterum secuta per Symplegadas?  
 parvamve Iolcon, Thessala an Tempe petam?  
 quascumque aperui tibi vias, clausi mihi.  
 quo me remittis? exuli exilium imperas  
 nec das. - eatur. regius iussit gener.  
 15     nihil recuso. dira suppliciaingere:  
 merui. cruentis paelicem poenis premat  
 regalis ira, vinculis oneret manus  
 clausamque saxo noctis aeternae obruat:  
 minora meritis patiar. ingratum caput,  
 20     revolvat animus igneos tauri halitus  
 hostisque subiti tela, cum iussu meo  
 terrigena miles mutua caede occidit;  
 adice expetita spolia Phrixei arietis  
 somnoque iussum lumina ignoto dare  
 25     insomne monstrum, traditum fratrem neci  
 et scelere in uno non semel factum scelus,  
 iussasque natas fraude deceptas mea  
 secare membra non revicturi senis:  
 per spes tuorum liberum et certum larem,  
 30     per victa monstra, per manus, pro te quibus  
 numquam peperci, perque praeteritos metus,  
 per caelum et undas, coniugi testes mei,  
 miserere, redde supplicii felix vicem.

Fortsetzung nächste Seite!

## II. Sprachliche Erläuterungen

1. Erläutern Sie die Formen liberum V. 29 und coniugi V. 32!
2. Worin unterscheidet sich die Form patiar V. 19 von premat, oneret, obruat V. 16-18?
3. Erläutern Sie durch eine Paraphrase die Bedeutung von non semel V. 26!